

Le.  
Angehöriges

128

**JUSTA EXEQVIALIA**

Viro quondam, Juveni

Nobilissimo, Doctissimoque

**DN. PHILIPPO ERHARDO  
LINDNERO**

Jur. Stud. in Acad. Lipsiens.

Indefesso,

Amico & Contubernali olim suo percharo;

Cum

Die III. April, Ann.M.DCC. X. Torgaviae


Solemniter inhumaretur,

Volante calame

exhibita

**JOH. JACOB. GIERISCH.**

J. U. L.



**TORGÆ,**

Literis JOH. ZACHAR. HEMPT.

44

PHILIP





Sic est  
Ex  
Novella :  
MORS OMNIA SOLVIT  
Hinc  
Major magno mundi Domitore  
Nodum gordium solvente.  
Vere  
Legibus solutus  
Namque  
Fori declinatorias, dilatorias,  
peremptoriis perimit.  
Inducias moratorias non moratur,  
nec legem  
Monitoriam, minitoriam :  
Nemo de domo sua extrahi debet.  
Omnia solvit mors.  
Solvit & omnes,  
Cumque alias  
Qui omne dicit nihil excludit ;  
Sic  
Nemo hic eximius,  
Regula nunc absque exceptione.  
Etiam  
Jurium studiosus  
Lyta quamvis  
Authenticæ. Habita. Ne Filius pro patre &c.  
Frustra innititur.  
Filiofamilias  
Filium vitæ abrumpi  
videmus,

PHILIP.

PHILIPPUM ERHARDUM LIND-  
NERUM

Accademicum Lipsientem  
intuentes;

Huic  
Legem Falcidiam tractanti  
Falcidius imperat  
Tempora, non tempore  
Nimirum

Mense Aprili, quo se terra & mare,  
hyeme quasi clautum, aperit:

Hunc  
In flore viridis ætatis terra operit,  
Dignum

Qui frueretur posteritate  
Posteritas ipso;  
Quandoquidem

Ingenium, non male habitabat, ut Galbæ,  
In albæ Gallinæ filio.

Ast  
Dotibus ejus enarrandis immorari  
non sustineo, sed abstinco,

Ne  
Afflicto addam afflictionem:

Tc,  
Pater moestissime  
alloqvor,  
Gnati, grati

Lethum non letum  
deplorantem  
Itane.

Patria potestas solvitur,  
Ordo mortalitatis turbatur,  
Medicamina in univertum, ut putant, medentia  
viribus privata,

Nilque resinæ in Gilead,  
Quæris & quæris?  
Subsiste.

Filius morigerus cœlitus adoptatus  
Ex fragili in æternam Vitam invitatus,

Solis instar  
 Incipit ubi desinit  
 Neque enim  
 Redemptus, imperio Libitinæ adæ.  
 Verum  
 Exportatur ut importetur  
 Mergitur ut emergat  
 Deprimitur ut resurgat.  
 Hac ratione  
 Vita ex morte,  
 &  
**MORS NON OMNIA SOLUIT**  
 Neque amicitia Vinculum,  
 Quo  
 AD URNAS USQUE ADAMATE LINDNERË  
 Semper hōnos, nomenque tuum laudesque manebunt  
 Quo  
 Coestum quasi Veneris Vivens habens  
 Qvestu morientem prosequimur,  
 TIBI  
 Justa solvimus, solvimus stipendiaras lacrymas:  
 At  
 Lacrymis non indiges ullis.  
 Interim  
 Veteri formula:  
 Sit TIBI terra levis & molliter ossa quiescant  
 apprecamur.



78 M 367

ULB Halle 3  
002 100 495



TA-OL


WOM







beweisen:  
in nicht die ich bin!  
h Wittib heißen?



Verbinden,  
gnädig an,  
rsach sünden,  
ler werden kan.

128

**JUSTA EXEQVIALIA**  
Viro quondam, Juveni  
Nobillissimo, Doctissimoqve  
**DN. PHILIPPO ERHARDO**  
**LINDNERO**

**Jur. Stud. in Acad. Lipsiens.**

Indefesso,

**Amico & Contubernali olim suo percharo;**

Cum

Die III. April, Ann.M. DCC. X. Torgavie


Solenniter inhumaretur,

Volante calame

exhibita

**JOH. JACOB. GIERISCH.**

J. U. L.



**TORGÆ,**  
Literis JOH. ZACHAR. HEMPEL

44

